


DE COLLYRIA

PARANDI VIA,

Quæ Sief ab Arabibus appellantur,

COMMENTARIUM IX.



OLLYRIA, quæ ab Arabibus Sief dicuntur, sunt medicamenta oculis apta, forinsecus admota, ut scribitur 13. Meth. cap. 22. quæ in globulos effinguntur narrante Haly ubi de Sief; quod ante ipsum decrevit Galenus lib. 2. per genera c. 19. dicens: *Inde Pastilli fingantur, & Collyria tum longitudine, tum crassitie inæqualia, & refrigerata reponantur.* Attamen ab Arabibus interdum Collyria, seu Sief vocantur liquida quædam medicamenta oculis imponenda. Galenus quandoque fortè respiciens figuram dixit etiam Collyria illa medicamenta, quæ naribus imponuntur, quoniam Collyriorum figuram servant, quæ oculis aptari solent; quod legitur 3. per loca, cap. 3. sic: *Inde Collyriorum formas effinge, quæ congruam ad ægri nares proportionem habeant.*

Illæ, quibus constantur hæc, ad unguem læviganda veniunt, ita ut nihil in se asperi, aut sabulosi contineant, sicuti 12. Meth. c. 2. Pistillis terantur in core docente Hip. 4. de victus ratione, textu 123. quod confirmat Gal. 4. de Comp. per loc. c. 4. dum

Parandi
ratio.

Y y

com-

354 De vera Meth. Pharm. par.

comminuuntur, aqua irrorentur, teste Actuar. lib. de Comp. Medic. ita: *Collyria ad coteri terimus quibusdam humoribus profluente latice*. Sint lapides, quibus læuigantur, durissimi, ne illis aliqua eorum portio admisceatur, quæ postea iubente Haly subtili sunt traijcienda panno.

Sint omnia Metallica diligentissimè abluta, vt lib. Simpl. narratur, vt Cerusa, Plumbum, & similia: sic & Margaritæ, & Cancri, vt Haly.

In fine, si ingrediuntur, addatur Moschus, & Caphura, sicuti Serapio lib. de Anrid. c. 33.

Gummi dissoluantur aliquo liquore, & quæcumque lenta existunt, macerentur, & his in vnum cogantur; sic & Opium dissoluatur, & post alia addatur, vt Mes. cap. de Ophthal.

Humor sit aqua pluuiæ imperante Paulo lib. 7. cui sententiæ ferè in omnibus subscribit Orib. 3. Synop. & Gal. 4. de Comp. per loca, & Antiquiores aqua pluuiæ excipiebant. Deinde in globulos formentur, qui sub vmbra exsiccentur, vt Paul. & vasis vitreis reponantur, sicuti Serap. Loco aquæ pluuiæ ad ipsa dissoluenda multi aqua Fœniculi, Euphragiæ, Chelidoniæ, Rosarum, aut Lacte, aut Vino vtuntur; at hoc est Medicorum imperantiũ munus, & non Pharmacopæorum, vt illi, qui omnino ignorât & naturas Simplicium, & varias morborum differentias, earumq. tempora, quibus hæc probantur.

Colly-

*Collyrium album Galeni lib. 4. de Comp. secundum
locos, c. 7. quod à nobis laudatur; et Exer-
citatio circa parandi illud viam.*

℞. Cerusę lotę drach. viij.
Cadmię lotę, i. Tuthię drach. xvj.
Amyli,
Gummi,
Tragacanthi ana drach. iiij.
Opij drach. ij. *Ingred. vj.*

*Excipiantur aqua pluuię. Hęc Gal. Cerusa, & Cad-
mia accuratę sint abluta, vt cap. de Ablut. diximus.
Postea diligentissimę detrita, & in cote læuigata, &
subtili panno transmissa. Sic Amylum, Tragacan-
thum, & Gummi, cuius aliqua portio aqua pluuię,
qua excipere trita Sepiasarii debent, maceretur, &
coletur, Opiũ aqua pluuię dissoluatur, quod post-
quam omnia fuere cum sedulitate permista, adda-
tur, & commisceatur. Efformentur Collyria parua
la, sub vmbra exsiccętur, & vase vitreo recõdantur.*

*Sies album Rhasis 9. ad Almanfor. cap. de
Ophthalmia, quod est in vsu.*

℞. Cerusę ablutę drach. x.
Sarcocollę drach. iiij.
Tragacanthi drach. j.
Opii drach. β. *Ingred. iiij.*
Globuli fiāt ex his formę Lenti similes, vt est artis
Y y 2 *Colly-*

*Collyrium ex Thure Galeni libro supra
citato desumptum.*

℞. Cadmiæ, i. Tuthiæ lotæ drach. x.
Thuris drach. xx.
Cerusæ lotæ drach. xxxx.
Opī
Gummi ana drach. vj.
Aqua pluuiali excipito. *Ingred. vj.*

Sief de Plumbo Mes. et Rhasis.

℞. Plumbi adusti,
Antimonij,
Cadmiæ ablutæ, i. Tuthiæ,
Viridis Aris adusti,
Gummi,
Tragacanthi ana drach. viij.
Opī drach. β. *Ingred. viij.*

Excipiantur aqua pluuiæ, sed prius terantur, &
cum panno sericino, qui sit subtilissimus, transmi-
rantur; iam diximus Metallica omnia accuratè esse
abluenda.

Sief è Fellibus Rhasis.

℞. Fellis Gr uis,
Hirci ana drach. j. β. *Fellis*

Fellis Accipitris,

Aquilæ,

Perdicis,

Lupi fluuiatilis à vulgo Lucij ana dr. j. β.

Euphorbii,

Colocynthid.

Serapini ana drach. j.

Ingr. x.

Succo Fœniculi excipiantur. At si omnia hæc Fel-
lium genera non inueniantur, fumatur eadem
quantitas illorum, quæ inueniuntur. Aliqui vitupe-
rant Euphorbium, vt medicamentum admodum
mordax.

Collyrium è Rosis Mesue in Practica.

℞. Foliorum Rosarum drach. xv.

Croci,

Gummi Arabici ana dr. viij.

Spicæ Indæ,

Opii ana drach. ij.

Ingr. xj.

Aqua pluuiæ excipiantur. Ferè est illa descriptio
Collyrii Diarhodon Galeni lib. 5. de Comp. secun-
dum loc. cap. 1. quæ est

℞. Rosarum drach. iiij.

Croci drach. ij.

Acaciæ drach. j.

Opii,

Nardi Indicæ ana scrup. j.

Gummi Arabi drach. iiij. β.

Vnian-

Vniantur aqua pluuiali, in qua dissoluantur Aca-
cia, Opium, & aliqua portio Gummi.

Collyrium è Cornu Ceruino à Galeno descriptum
4. per loc. cap. 6.

℞. Cornu Ceruini vsti, & loti drach. iiii.

Plumbi vsti, & loti,

Thuris ana drach. iiii.

Squamæ eris lotæ dr. ij.

Opii drach. j.

Gummi drach. iiii.

Excipe aqua pluuiali.

Incred. rviij.

Collyrium Aromaticum Croceum ex Hæmatite
Heraclide, referente Gal. lib. 4. per loc. c. 7.

Aliqui Rubrum dicunt, quod lau-
datur à nobis.

℞. Aëris vsti, & loti dr. xlviii.

Cadmia, i. Tuthia,

Croci,

Lapidis Hæmatitis ana dr. xxiii.

Opii,

Myrrhæ,

Piperis albi ana dr. xij.

Gummi drach. xxiii.

Ingr. ix.

Vino Falerno excipito.

Colly-

Collyrium Viride Mesue in Practica.

R ξ . Æruginis æris drach. iij.
 Chalcanti vsti, i. Vitrioli loco eius dr. vj.
 Auripigmenti,
 Spumæ Nitri loco eius vulgaris,
 Spumæ Maris ana drach. j.
 Ammoniacy drach. j. β .
 Salis Ammoniacy drach. β .

Ammoniacum maceretur in aqua Rutæ, qua a-
 lia excipiantur.

